



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XII. Rempubicam à Deo regi, exemplis ostenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

& conscientia mortis ubique, & testimonium ubique omnis anima suo iure proclamatur, quæ nobis ne mutare conceditur. Merito igitur omnis anima reat, & testis est: in tantum & reat erroris, in quantum testis veritatis, & stabit ante auras Dei, die iudicii, nihil habens dicere. Deum prædicabas, & non requirerebas demonia abominabilia, & illa adorabas.

Deum esse ostendit natura rerum omnium in fines suos tendentium.

§. 6. Denique Deum esse factorem, atque rectorem omnium imperiorum, adeoque totius mundi, omnia in fines suos ordinatissime tendentia ostendunt. Quæ enim ars, quæ intelligentia, actiones, instrumenta, tempora, locum, circumstantiaque & coniuncta tam concinne, tam sine errore ordinare potest? at res ipsæ nihil horum agnoscunt, naturæ quodam instinctu atque impetu efficiuntur atque efficiunt, suæ molitionis ignaræ. Vide granum sinapis, quod inter semina paruum, & tamè minima eius portio est viuida, & pingui, oleosoque humore in arborem exitura, in minima autem minimi feminis particula, varietas partium maxima est, aliud enim firmatur in truncum, & quasi lignum, aliud in medullam emollescit, aliud tenditur in corticem, aliud in folium se explicat, aliud in florem, aliud deorsum in terram succos hausturum sese deprimit, nec in has modo partes, sed in partium particulas quoque scinditur; nam trunco, cortici, foliis, floribus, suæ sunt carnes, ossa, venæ, tunica; adeo ut nulla arbor sit quam non facile in centenas heterogeneas partes diuiseris, quomodo igitur tanta, in tam tenui corpufculo virtus, partes tam distinctæ, earum tam mira efficientia, ut crudos terræ humores, tam vario fine, in tam diuersa dispensent? Partem enim spissant, & indurant in lignum, partem in corticem, in florem, in folia. Quæ hæc operatur nisi insignis, & omnium architecta sapientia? Et hæc omnia in vnum finem deducit, nempe hominum vtilitatem. Quorum igitur causa quis dixerit effectum esse mundum? Foris scilicet animalium, quæ ratione vtiuntur, hi sunt Dii, & homines, quibus profecto nihil est melius, Cicero lib. 2. de nat. Deorum, & Laetantius de ira cap. 13. Vera est sententia Stoicorum qui aiunt nostra causa mundum esse constructum. Omnia enim quibus constat, quæque generat ex se mundus, ad vtilitatem hominis accommodata sunt. Optime Seneca si vnum DEVM agnosceret, libro sexto de benef. cap. 23.

Multi falso Deos animalia putarunt.

Qui nostra omnia gubernat, etiam nos regit.

Adiice nunc, quod non externa cogunt Deos, sed sua illis in legem æterna voluntas est. Statuerunt, quæ non mutantur. Itaque non possunt videri facturi aliquid, quamvis nolint: quia quicquid definire non potest perseverare voluerunt, nec unquam primi consilii Deos poeniter. Sine dubio stare illis & desistere in contrarium, non licet: sed non ideo, quia vis sua illos in proposito tenet, ex imbecillitate permanent: sed quia non licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autem illa constitutione, cum vniuersa disponent, etiam nostra viderunt, rationemque hominis habuerunt. Itaque non possunt videri sua tantum causa decurrere, & explicare opus suum: quia pars operis sumus & nos. Debemus ergo & Soli, & Lunæ, & cæteris cælestibus beneficium: quia etiam si potiora illis sunt, in quæ oriuntur, nos tamen in maiora itur inuuant. Adice, quod destinato inuuant, ideoque obligati sumus, qui non in beneficium ignorantium incidimus, sed hæc quæ accipimus, accepturos scierunt: & quamquam maius illis propositum sit, maiorque actus sui fructus, quam serua mortalia: tamen in nostras quoque vtilitates à principio rerum permixta mens est, & is ordo mundo datus, ut appareat curam nostri non inter vltima habitam. Debemus parentibus nostris pietatem & multi non ut gignerent, coierunt. Dii non possunt videri necesse, quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus, & auxilia prouiderint: nec eos per negligentiam genuere, quibus tam multa genuerant. Cogitauit enim nos ante natura, quam fecit: nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Nonne omnino Christianus videri posset, si vni vero Deo, hæc tribueret?

Si nostri igitur causa tanta moles vertitur, si tam parua tanto constant artificio prouidentiaque, ut in vno pene grano non minor sit admirandi materies, quam in vastissimis cælorum orbibus, certe hominum societatem, imperandi parendique vices, præmiorum & pœnarum cuncta DEVS idem moderatur.

Quomodo enim præstantissimæ creaturæ negligat gubernationem, qui olerum, viti dicam, Rempublicam, tam concordibus, tam plenius nascendi, crescendi, florendi, fructificandi, seminandi legibus instruxit, idque cum in finem, ut homini seruirent? Si igitur bruta seruitia, si fundas, si iumenta tanta cura dignatus est, quis miretur cum nos dignos habuisse, quos regeret, qui nostra omnia gubernat? Neque enim stolidos parentes imitatur, qui agros, pecuniam, domos, familiam liberis suis parant, ipsos negligunt.

CAPVT XII.

Rempublicam à Deo regi exemplis ostenditur.

§. 1. LIBRO secundo proprius huic disputationi locus erit. Nam improbos puniri, bonos principes foueri, ac defendi ostendam.

Lento passu, sed graui diuina vindicta procedit, quamvis propere nonnunquam pœna repræsentetur. Hæc vero iudicii diuini in delinquentes exercitum vigorem vel maxime demonstrat. Quamuis peccantium nemo euadit, sed vel mox ducitur, vel differtur, nisi poenitentia, & benefactis vlticem numinis manum anteuerat, maxima tamen pars poenarum in futurum seruatur; interim tamen æterna illa mala, tot mala temporaria antecedunt, ut dubitare nemo possit, Deum esse, qui res mortales regit, iudicat, bonos remunerat, impios vlciscitur. Iudicat ille orbem terrarum in æquitate, & populos in veritate sua. Quod enim necessitatem fati esse, quod fortuitum euentum quidam interpretantur, Dei iudicium est. Hinc miræ & inopinatæ rerum conuersiones. Nullus annus est, non insignis potentium ruina, aut morte, imo nulla dies, quæ non aliquos vesperi iacentes videat, quos mane viderat superbos: non facit hoc

Seu propere, seu lenta vindicta sit, semper prouidentiam ostendit.

Sidus, & occulti miranda potentia sati, sed Deus, Deus inquam, quia sidera vocat, & dicunt, adsumus; quin non ad suum ministerium, sed hominum vtilitatem lucas illas effecit.

§. 2. Iudicio illo percussus fraticida primus perterritus pauore vagus, ac tremens sceleris indicia mundo circumferebat; illo iudicio diluuium terras inundauit, Sodomitæ cælestis flamma exussit, Egyptios rubrum mare opprestit, Chanangos Israël deleuit. Hoc iudicio Core, Dathan, Abiron, & multa millia in deserto ceciderunt, multos annos Israël vicinorum regum tyrannide pressus postremo sub regibus suis afflictus, septuaginta annorum seruitute damnatus est. Sed maiora videamus, Assyriorum auaritia totam Asiam exhaurire Deus permisit, hos per Chaldaeos spoliavit, Chaldaeorum luxum per Medos & Persas ingenti ruina opprestit, Medas & Persas latissime in orientis, etiam summo fastigio sublatos vitiæque maximo imperio maiora, propalam ostentantes, perfordidissimam Græciæ gentem Macedones iugum seruitutis accipere coegit. Hos vero in se collisos Romanis debellandos, conterendos, exollandos obiecit.

Cum Romanorum deinde peccata excessere modum, ut nec tolerari amplius, nec medicinam ferre posset,

hos primum mutuis cœdibus attritos, deinde Cim-
bris, Hercules, Gothis, Wandalis, Longobardis,
aliisque barbaris diuifit, nunc tota Asia, præstantior
Africa portio, & nobilis Græcia contemptæ religio-
nis pœnas sub acerbo & duro dominio Ottomani-
darum luit.

Omnes ciades quæ vel vniuersum, vel partes orbis per vices exercuerunt diuinorum fudiciorum executiones sunt. *Legimus*, (inquit, Tertullianus in apol. cap. 40.) Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & Coon infulas multis cum millibus hominum pessum abiisse. Memorat & Plato maiorem Asiæ & Africæ terram Atlantico mari ereptâ. Sed & mare Corinthium terra motus ebit. Et vix videram Lucaniam Italiæ absq̃ suis in Siciliæ nomen relegatâ. Antiquissima fuisse pœnæ, sed antiquiora tamen scelera quæ pœnâ comitem traxere. Narrant veteres Phaëthonte regno impio, Graciâ, Æthiopiamquæ incenditis vastatam, ipsû regem fulmine extinctum. In vltionem adulterij regnum Priami, & opulentiâ barbaricâ concessit in rogos, Sardanapalus Assyrius cum grege turpium vitorum, & mulierum, immensæ luxuriæ finem fecit incenso palatio. Tullum Hostiliû regem Romanorû iustissimû fulmen contriuit, incendia Ierosolymorum, Athenarum, Romæ, Sidonis, Tyri, Thebarum, Persæpolis, Sagunti, Corinthi, Carthaginis, Numantiar, Byzantii, Nicomediæ, Aquileiæ, Parauii, Antiochiæ, Basileæ, Venetiarum, aliarumque urbium & crebro repetita legimus; terramotus, & aliæ incommoda taceo. Magna pietati regum ac populorû data præmia ostenderem, vt hac etiâ parte regnû suû Deo austruere, sed ad eam partem qua de pietate tractaturus sum relegare malo; nam nulla res luculentius diuinum in republica imperiû, quam virtutis præmia demonstrent.

C A P V T XIII.

Objectiones Atheorum dissolvuntur.

§. I. **M**ULTA sunt quæ Atheis serio, imbecil-
les & imperiti discendi causa contra pro-
videntiam, ac Dei gubernationem obuiere con-
sueverunt. Cum enim mundus sit, vt Euseb. lib. 15. de
fini. Σύνταξις ἐξ ἀνεργῶν καὶ ἀέρος καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ
ἕρπυλιος πάντων. Systema siue compages ex col-
lo, aëre, terra, aqua, atque illis quæ in hisce sunt, na-
turis; cum sit communis hominum atque Angelo-
rum ciuitas, ita vt vna ex toto orbe Respublica con-
ficiatur, adeo vt Stoici cælum proprie ciuitatem di-
cant, nostras quas incolimus, dici quidem, at non esse
ciuitates affirmant. Siigitur Respublica hæc ab
optimo, prouidentissimo, sapientissimo principe,
Deo gubernatur, optime etiam ac tranquillissime
eam regi necesse est, & bonis bene, malis male esse
oportet. Præmia bene meritis, supplicia impiis con-
stituta sint. At vero inquit, in illa Respublica mundi,
in vasta illa ciuitate maior est sæpe malorum felici-
tas, nec modo humiles, & cœlestium infæcias animas
reum illud ferit, sed fortibus etiam, & munitis pe-
titoribus figurit. Quare bonis viris aduerſa eueni-
unt, malis prospera? Hic provincias spoliavit, & in
lucem bibit, & fruitor ut, inquit, ille *Dus iratis*.

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo.

Pompeius nullo; credimus esse Deos?

Ita apud Davidem Psalmo 72. 9. *Posuerunt in celo os suum: & lingua eorum transiit in terra. Et dixerunt: Quod scit Deus? & si est scientia in excelsis. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in faculo obtrunierunt diuitias. Et dixi: Ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Existimabam per cognoscerem hoc: labor est ante me.*

Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.

Vetus hæc igitur est querela:

Τολμῶ κατεπεῖν, μὴ ἐποτρ' ἑκείσιν θεοί;

Κακοὶ γὰρ ἐυτυχῶντες ὑπερήλπισί με.

Audeo dicere; suntne Dei?

Mali enim felices attonitum me reddunt.

Alterum argumentum est, quod fere industria, labori, consiliis, astutiæ, & humanæ providentiæ euentus respondent, non igitur ad alia conuerti hominum animos oportet, sed suo quemque ingenio, providentiæque fidere. Hinc Spartani monebant, *Admota manu fortunam inuocandam, & Attici* *Σὺ δὲ θεῶν ἐξ ἑσέα* *ziva, cum Pallade, & manum moue.* Nondum hi longe aberrant, peius ille.

Nullum numen abest, si sit prudentia.

Humanam enim, hoc est, miserrimam prudentiam
numinis loco ponit. Et alii. *Quare Deus tam iniquus
in distributione satisfuit, vt bonis viris paupertatem, vulnera,
& acerba funera præscriberet?* Itaque si Deus non facit,
error, imprudentia, ignauia efficit. Romani orbem
subegerunt, sed labore, audacia, patientia, iustitia
specie, prudentia. Lacones imperium Græciæ tene-
rent, sed sua industria; omni in re li stratagemate vta-
ris, non est, quod alium Deum quæras. Hinc impio
& Deo pugnancia verba. *Sapiens ille plenus gaudio, hila-
ris, & placidus, inconuulsus, cum Diis ex pari viuít.* Seneca
Ep. 509. *Nec ex pari modo, sed nec egens Deo.* Idem Epist. 31.
*Toc est summum bonum, quod si occupas, incipis Deorum so-
cium esse, non supplex.* Vt vero infamia summum apicem
confiscias audi Sextium apud Senecam Ep. 73. *Sole-
bat Sextius dicere, Iouem non plus posse, quam bonum virum.*
*Plura Iupiter habet, quæ præstet hominibus: sed inter duos bo-
nos, non est melior, qui locupletior non magis, quam inter duos,
quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem di-
xeris, cui maius speciosiusque nauigium est.* Et Seneca e lo-
co. *Iupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est.*
Hæc illi, & exclamant: *Hac itur ad astra.* Hinc non
modo sapientia, sed etiam felicitate homines Deo
æquant, adeo vt minus scelerate quidam dixerit.
Dextra mihi Deus, & scutum quod missile libro.

Tertium argumentum. Quia indignum est diuinam maiestatem ad omnia etiam vilissima deuocare, ad vermium & formicarum fœtus, ad opera hominum quorum plurima aut vitiosa sunt, aut vitii coniuncta.

Quartum argumentum est; Natura eodem cursu omnia peragit , circuitus cœlorum statim sunt, mutationes mundi inferioris suo modo etiam non admodum diuersæ, animalium, & fruticum nascendi, moriendique perpetuæ vices , & hominum etiam pueritia, adolescentia, virilis ætas, & senectæ in omnibus pari modo succedens, ostendit naturam sibi sufficere, omniaque illa naturali quadam lege, & necessitate fieri, non autem alia quadam mente , quæ dominatum in naturam ipsam exerceat.

Quintum argumentum. Monstra nascuntur, erat igitur illa sapientissima mens, & in opere suo defecit. Hinc bicipites, tricipites, centimanifedigiti, & contrario errore, vno oculi, vni mani, quin etiam naturarum infociabili coniunctione, semiboves homines, semihominesque, boues, factus canino ore, simiarum manu, capripedes. Erratur & aliis modis, distorsione membrorum, magnitudine aliquorum membrorum, vel totius corporis, itaque Macrocheites, Gigantes, nanos saepe producit operatrix fessa, vel exuberans. Quorsu tot serpentium, herbarumque venena: tot ferarum formidines, insectorumque molestia, si nobis Deo prouisum est: Atque hinc tam multa multorum contra opera Dei sunt querelae. Hinc est quod Cottra academici lib. 3. de natura Deorum, omnia Deo negat aut omnia

*Industria
nihil sine
Deo.*

Impiū nos
Deo egerē
negant.

Libro secũ-
do explica-
tũ.

*Felicitas
malorum
clades bo-
norum non
tollunt pro-
videntiam.*